

hilominus omne metallum in se sulphur & sal, sed principem locum in eo tenet mercurius. sic de cæteris mineralibus. Verùm ita visum est Deo creare aquam elementum, & indies ex eo produci mineralia quæuis ad vsum hominum, vt mater esset illorũ, in qua tamquam in sua matrice mineralis ignis, similiaq; sal & mercurius, coquerentur in metalla, lapides, ac mineralem omnem substantiam, etsi foetus matri dissimilis existat: ad hunc modum Altissimus cuncta creauit in sua natura, vt ad aliud aues in aere, quàm pisces in aquis: sic de reliquis omnibus, quæ diuinæ suæ voluntati solùm committenda sunt, qui facit omnia vt sunt, esseq; voluit ab æterno, quæ facit. Vt igitur aqua metallico suo foetui non est similis, neque filius matri, non aliter ipsa terra lignum est, & non lignum quod ex ipsa tamen est: eadem ratione lapis & ferrum fiunt ex aqua, quæ talis fit aqua, qualis & quæ ipsamet non existit; terra similiter fit id quod ipsa in se non est: sic & hominem oportet fieri, quod ipsemet non existit. In summa, quicquid in suam vltimam

mate-